

1300 : THE WILL OF MAFFEO POLO JUNIOR \neq MARCO POLO
volo quod ipsa habeat libras ducentas pro dare monasterio & de aliis libris ducentis
volo quod emantur imprestita & ipsa debeat habere prode ipsorum imprestitorum
in uita sua & post mortem suam deueniant in meum heredem masculum & si
Ego non haberem heredem masculum volo quod dicta imprestita uendantur &
distribuantur pro animabus patris mei & matris mee & mea. Jtem dimitto Stephano
& Johanino fratribus meis naturalibus libras quingentas et si accideret quod aliquis
ipsorum moriretur deueniant de vno in alterum & si ambo morirentur antequam
essent maritati volo quod dicte libre quingente deueniant in meum heredem
masculum & si Ego non haberem heredem masculum volo quod deueniant in
meum fratrem Marcum paulum uel in suum heredem masculum. Jtem dimitto
Jordano treuisan auuculo meo libras ducentas. Jtem dimitto Marco de tumba
libras Centum. Jtem dimitto flordelixe uxori felicis paulino libras Centum. Jtem
dimitto Marothe filie condam Petri treuisan que moratur in nigroponte libras
Centum. Jtem dimitto agneti vxori Petri lion libras Centum. Jtem dimitto
francisco filio condam Petri treuisan qui moratur in nigroponte libras Centum.
Jtem volo quod emantur tot imprestita que reddant libras viginti ad grossos
annuatim & iste libre viginti ad grossos dentur omni anno Petro pagan presbitero
Ecclesie Sancti felicis & ipse teneatur rogare dominum pro animabus patris mei
& matris mee & mea & post mortem ipsius presbiteri petri deueniant in Leonardum
clericum Sancti felicis consanguineum ipsius presbiteri petri si ipse erit presbiter
& post dictum Leonardum dentur Maiori presbitero Sancti Johannis crisostomi &
sic uadant semper de maiori in maiorem presbiterum qui debeat semper continue
celebrare missam pro animabus patris mei et matris mee & mea. / Item volo quod
si uxor mea esset grauida & pareret filium uel filios masculos quod ipsi habeant
totum meum mobile & immobile inordinatum, & si ipsa faceret filiam volo quod
ipsa filia habeat tantum quantum dimitto sorori sue flordelixe. Jtem volo quod si
non haberem heredem masculum quod frater meus Marcus paulo habeat meam
partem proprietatis michi pertinentis pro hereditate patris mei & libras duo millia.
Et Nicolaus paulo consanguineus meus habeat libras quingentas. Et dominus
Matheus paulo patruus meus habeat libras quingentas. Item volo quod si filia
mea flordelixe moriretur antequam esset maritata quod predicte libre duo millia
& lucrum suum deueniant in meum heredem masculum & si non haberem heredem
masculum. volo quod deueniant in meum fratrem Marcum paulum uel in suum
heredem masculum verum est quod uolo quod frater meus Marcus paulo uel heres
suus teneatur dare libras quingentas consanguineo meo Nicolao paulo uel heredi
suo masculo. / Jtem volo quod si heres uel heredes masculi quos faciet uxor mea
morirentur ante etatem quod totum meum mobile & immobile quod sibi dimitto